

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## Q VARTVS

esset commune uestigauit: Easq; quantum fieri poterat sibi inuicem iunxit atq; federauit: primus item quæ ab Isocrate dicebantur arcana edidit: ut carneus refert: ac primus quo pacto ex gracilioribus lignis capacia & in uentrem tumens uascula fierent inuenit. Cum uero iam paralyti corpus illi omne resolutum ferme esset accersito Xenocrate orauit ut sibi in docendo succederet. Aiunt illum cum uehiculo ferret in Academiã: Obuium habuisse diogenem: & cum illi salue dixisset: Hoc ab eo responsum accepisse. At tu nequaquam salue: qui eiusmodi cum sis uiuere sustines. Demum uero mœrore impullum: cum iam senio confectus esset mortem sibi sponte consciuisse. porro plutarchus in uita Syllæ ac lylandri pediculis efferuescentibus illum interiisse ait. Erat enim corpore fragili: ut ait Thimoteus in libro de uitis. hic ad diuitem amantem deformem mulierem ait: Quid tibi istac opus est: ego tibi decem talentis deformiorem inueniam: Reliquit aut̃ complura commetaria & dialogos plurimos: inter duos & Aristippus cyrenæus est de diuitiis unum: de uoluptate unum: de iustitia unum: de philosophia unum: de amicitia unum: de diis unum: philosophus unum: ad Cephalum unum: cephalus unum: Clinomachus siue Lysias unum: Ciuis unum: de anima unum: Commentariorum ad Gyllum unum: Aristippus unum: Reprehensio artium unum  $\Upsilon\text{Π}\text{Ο}\text{Μ}\text{Η}\text{Ν}\text{Α}\text{Τ}\text{Ι}\text{Κ}\text{Ο}\text{Ι}$  Dialogi artificiales unum: Dialogi earum rerum quæ sunt in quaq; re similes decem: diuisiones & argumenta ad similia: De generibus & speciebus exemplariorum: ad Amartyrum: platonis laudes: Epistolæ ad Dionem: Dionysium: philippum: de legis sanctione: Mathematicus Mandrobulus: Lysias: diffinitiones. Cōmentariorum ordines uersus plurimos. Ad hunc Symonides scribit historias in quibus Dionis ac Bionis gesta signauerat: Eius libros Aristotelem tribus talentis emisse Fauorinus in secundo commentariorum auctor est. Fuit & alter Speusippus medicus Frophileus Alexandrinus.

### Xenocrates Chalcedonius.

**X**enocrates Agathenoris filius chalcedonius a primis ferme annis platonis Auditor fuit: Eiq; in Siciliam proficiscenti comes itineris adhesit. Erat autem habes ingenio ac tardus: adeo ut cum illum plato Aristoteli conferret: alterum freno: alterum diceret egere calcaribus. Illudque cui æquo: quem asinum iungo: alioquin se uero semper ac serio habitu & ore perdurabat ita ut sæpe ad illum plato diceret Xenocrates gratis sacra fac. Vixit autem ut plurimum in academia. Si quando uero ad urbem profecturus esset: turbas omnis tumultuosorum ac impudicorum eius obseruare transitum solitas tradunt eius inquietandi gratia: phrynen denique nobile scorum illum aliquando tentauisse: cum uidelicet a quibusdam dedita opera insectaretur ab eo intra ædiculam admissam humanitatis causa: Cumque solus illic & unicus lectu-